Неділя дев'ята по П'ятдесятниці
згідно з чином Ордену Проповідників

Інтроїт (спів на вхід)

Пс. 53, 6-7.3

Ecce, Deus adiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: avérte mala inimícis meis, et in veritáte tua dispérde illos, protéctor meus, Dómine. *Пс.* Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua libera me.

Ось, Бог помагає мені, і Господь – заступник душі моєї. Оберне зло на ворогів моїх; істиною Твоєю повинищуй їх, Господи, захиснику мій. *Пс.* Боже, Іменем Твоїм спаси мене і силою Твоєю розсуди мене.

Колекта

Páteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: et, ut peténtibus desideráta concédas; fac eos quæ tibi sunt plácita, postuláre.
Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Відкрий, Господи, вуха милості Твоєї до благань тих, хто молиться Тобі, та, щоб задовольнити бажання просителів, навчи їх вимагати угодного Тобі.
Через Господа нашого Ісуса Христа, Сина Твого, Котрий з Тобою живе і царює в єдності Святого Духа, Бог, на віки вічні.

Читання

1 Кор. 10, 6–13

Fratres: Non simus concupiscéntes malórum, sicut et illi concupiérunt. Neque idolólatræ efficiámini, sicut quidam ex ipsis: quemádmodum scriptum est: Sedit pópulus manducáre et bíbere, et surrexérunt lúdere. Neque fornicémur, sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, et cecidérunt una die vigínti tria mília. Neque tentémus Christum, sicut quidam eórum tentavérunt, et a serpéntibus periérunt. Neque murmuravéritis, sicut quidam eórum murmuravérunt, et periérunt ab exterminatóre. Hæc autem ómnia in figúra contingébant illis: scripta sunt autem ad correptiónem nostram, in quos fines sæculórum devenérunt. Itaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. Tentátio vos non apprehéndat, nisi humána: fidélis autem Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id, quod potéstis, sed fáciet étiam cum tentatióne provéntum, ut póssitis sustinére.

Брати: не жадаймо лихого, як вони пожадали. Та й ідолопоклонниками не ставайте, як деякі з них, як написано: «Народ сів їсти й пити, а потім устали забавлятись.» Ані не чинім розпусти, як деякі з них чинили, і полягло їх за один день двадцять три тисячі. Ані не спокушаймо Господа, як деякі з них спокушали, то й від гадюк загинули. Ані не нарікайте, як деякі з них нарікали, то й від губителя загинули. Та все це сталося з ними як приклад; написано ж на науку нам, що дійшли до повноти віків. Тож, коли комусь здається, що він стоїть, нехай уважає, щоб не впав. Вас не спостигла ще спокуса понад людську силу. Бог вірний: він не допустить, щоб вас спокушувано над вашу спроможність, але разом із спокусою дасть вам змогу її перенести.

Градуал та Алілуя

Пс. 8, 2 та Пс. 78, 9.10

Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in universa terra! *V.* Quóniam eleváta est magnificéntia tua super cœlos.

Господи, Господь наш, яке чудне Ім'я Твоє по всій землі, *V.* бо вознеслася величність Твоя вище небес!

Allelúia, allelúia. Propitius esto, Domine, peccatis nostris, ne quando dicant gentes:

Алілуя, алілуя. Очисти, Господи, гріхи наші, хай ніколи не скажуть язичники:

Ubi est Deus eorum? Allelúia.

«Де Бог їх?» Алілуя.

Євангеліє

Лк. 19, 41–47

In illo témpore: Cum appropinquáret Iesus Ierúsalem, videns civitátem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovísses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Quia vénient dies in te: et circúmdabunt te inimíci tui vallo, et circúmdabunt te: et coangustábunt te úndique: et ad terram prostérnent te, et fílios tuos, qui in te sunt, et non relínquent in te lápidem super lápidem: eo quod non cognóveris tempus visitatiónis tuæ. Et ingréssus in templum, cœpit eícere vendéntes in illo et eméntes, dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus oratiónis est. Vos autem fecístis illam speluncam latrónum. Et erat docens cotídie in templo.

Того часу як наблизився Ісус до Єрусалиму, то побачивши місто, він над ним заплакав, кажучи: "Якби й ти цього дня зрозуміло те, що веде до миру! Але тепер воно закрите перед твоїми очима! Бо прийдуть дні на тебе, і вороги твої валом тебе оточать і тебе обляжуть, і стиснуть тебе звідусюди; вони розчавлять тебе й твоїх дітей, які будуть у тобі, і не зоставлять у тебе каменя на камені - за те, що ти не зрозуміло часу твоїх відвідин." Увійшовши в храм, Ісус заходився виганяти продавців, кажучи до них: "Написано: Дім мій - дім молитви, а ви з нього зробили печеру розбишак." І щодня навчав їх у храмі.

Офертopій (спів на принесення дарів)

пор. Пс. 18, 9–12

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda, et iudícia eius dulcióra super mel et favum: nam et servus tuus custódit ea.

Устави Господні – прості, веселять серце, присуди Господні – солодші від меду й вощини. І ось, раб Твій додержує їх.

Секрета (молитва над дарами)

(Читається тихо, після Orate fratres*)*

Concéde nobis, quæsumus, Dómine, hæc digne frequentáre mystéria: quia, quóties huius hóstiæ commemorátio celebrátur, opus nostræ redemptiónis exercétur. Per Dominum

Подай нам, просимо Тебе, Господи, часто гідно повторювати ці таїнства, адже кожного разу, як служиться спомин цієї Жертви, звершується діло нашого відкуплення. Через Господа...

Префація Пресвятої Трійці (с. 10 месалика)

Спів на Причастя

Мт. 6, 33

Primum quaerite regnum Dei, et omnia adjicientur vobis, dicit Dominus.

Шукайте перше Царство Боже, і все вам докладеться*, говорить Господь.

Молитва після Причастя

Tui nobis, quæsumus, Dómine, commúnio sacraménti, et purificatiónem cónferat, et tríbuat unitátem. Per Dominum

Причастя Твого Таїнства – просимо Тебе, Господи – нехай нам і очищення вділить, і подасть єдність. Через Господа...

Підготовано зусиллями Una Voce Ucraina. Джерела перекладів: переклад Біблії о. І. Хоменка (читання), переклад псалмів майстерні "Трипіснець" (співи). Фрази з зірочкою було змінено для кращої відповідності латинському тексту.

Якщо ви маєте зауваження чи коментарі щодо брошур, звертайтеся за адресою unavoceua@gmail.com *чи в повідомлення до* facebook.com/tradycia.

Розклад Мес та брошури з текстами доступні на каналі t.me/uvucraina.